

IN MEMORIAM

Die 11 iunii, in nosocomio Buscoducensi obiit H. HEIJMAN, canonicus et archivarius abbatiae Bernensis, et membrum Commissionis Historicae Ordinis inde ab eius erectione anno 1923.

Natus die 2 Maii 1890 in Schalkwijk, in Neerlandia superiori, studiis humanioribus absolutis in gymnasio S. Norberti in Heeswijk, in abbazia Bernensi in Heeswijk habitum Ordinis suscepit. Die 15 Augusti 1918 sacerdotio auctus est.

Paulo post universitatem Friburgensem in Helvetia adivit. Sub ductu Professoris Schnürer, die 25 Maii 1925, doctoratum philosophiae adeptus est cum dissertatione : *Untersuchungen über die Prämonstratenser-Gewohnheiten*, edita in *Anal. Praem.*, I-IV, 1925-1929, postea edita in libro speciali (Tongerlo, 1928). Conclusiones harum inquisitionum diu ut definitivae sub respectu scientifico habitae fuerunt. Ipsi doctoratus collatus est cum nota : Summa cum laude !

In abbazia deinde per integram vitam suam lector fuit historiae, philosophiae, patrologiae. Etiam extra abbatiam membrum fuit plurimum coetuum qui historiam regionis aut ecclesiasticam profundius inquirere studebant.

Plurima scripsit et evulgavit de Ordine nostro et eius historia in *Katholiek Nederland* et *De werkende stilte*. Collaborator fuit primae editionis *Katholieke Encyclopedie*. In *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques* recenter publicavit articulum *Emon*. Plurima scripta minora publicata fuerunt in periodicis historicis regionum Neerlandiae, uti *Brabantia nostra*, *Brabantia*, *Brabants Heem*, etc. Quaedam talia citasse sufficiat : *Brabant en de vaderlandsche Geschiedenis* in *Brabantia Nostra*, I, 1935, blz. 6-8 ; *De rothoorn* in *Brabantia nostra*, I, 1936, blz. 79-80 ; *Een brabantse relieë van de Duitse ridderorde* in *Brabantia nostra*, II, 1936, blz. 273-277 ; *Postels stille herdenking* in *Brabantia nostra*, V, 1940, blz. 334-339 ; *De Pinksterbloem* in *Brabants Heem*, I, 1949, blz. 42-43 ; *Broeder Gerardus, Procurator van Coudewater* in *Brabants Heem*, II, 1950, blz. 14-15 ; *Van Groenvink tot Goudvogel* in *Elckerlyc*, V, 1955, blz. 208-209.

Addimus seriem praecipuorum articulorum a cfr. Heijman conscriptorum :

De missie der Abdij van Berne in Noord-Amerika in *Het Missiewerk*, III, 1921, blz 16-22; *Der Friesische Kreis der Prämonstratenserklöster* in *Anal. Praem.*, I, 1925, pp. 20-48; *Untersuchungen über die Prämonstratenser-Gewohnheiten* in *Anal. Praem.*, II, 1926, pp. 5-31; III, 1927, pp. 5-27; IV, 1928, pp. 5-29; 113-131; 226-241; 351-373; *Een Limburgsch-frankische mystiek* in *Ons Geestelijk Erf*, II, 1928, pp. 41-52; *Rondom den Augustinusregel* in *Augustiana*, Averbode, 1930, pp. 106-126; *Norbertijner vroomheid in de Nederlanden* in *Ons Geestelijk Erf*, IV, 1930, pp. 298-315, et *Anal. Praem.*, VII, 1931, 5-19; *De verspreiding der Norbertijner Orde in Nederland* in *Anal. Praem.*, IX, 1933, pp. 292-299; *De geschiedenis van het geestelijk leven in de Nederlanden in den tijd van de opkomst der Cistercienzen en Norbertijnen* in *Ons Geestelijk Erf*, VII, 1933, pp. 50-61; *Acht eeuwen in Berneboek* (Gedenkboek bij achtste eeuwfeest der Abdij van Berne), pp. 9-66 (1934); *De H. Norbertus en de Abdij van Berne* in *Het Offer*, XLIII, 1934, blz. 174-180; *De grondheerlijkheid van Dinther* in *Herinnering aan de opening van het raadhuis van Dinther 24 april 1939* (1939), blz. 6-18; *Heemkunde in Noord-Brabant*, Voordracht van Dr. Heijman met een inleiding van Vincent Cleerdin, 's Hertogenbosch, 1941. In-8°, 44 pp.; *Berne aan de tweesprong* in *Brabants Jaarboek*, 1949, blz. 132-141; *De abtengalerij van Berne* in *Brabantia*, VI, 1957, pp. 288-292; *Antoon Coolen als toneelschrijver voor Heeswijk* in *Brabantia*, VI, 1957, pp. 126-130; *Antoon Coolen en Heeswijk* in *Roeping*, XXXIII, 1956-1957, pp. 629-633; *Prelaat Spierinck van Well en Franciscus Sonnius, eerste bisschop van 's Hertogenbosch* in *Bossche Bijdragen*, XXV, 1960, pp. 90-120.

Sub titulo *Berna ut Lucerna* tandem publicavit seriem inquisitionum cfr. W. Hoevenaars († 1916), quae tractant de historia abbatae Bernensis priorum trium saeculorum inde a fundatione. Inquisitiones istae a Heijman rursus varia ex parte recompositae, variis annotationibus ornatae et auctae publicatae fuerunt in periodico *Met gansen Trouw*, IX, 1959 et X, 1960, variis fasciculis, qui singuli circiter 75 pp. habent.

Requiescat in pace !